

6. c. 11. verb. *placere magis quam Deo.* (cod. Ambr.) A capite usque hic in Greco non habetur.¹

7. c. id. verb. *canali.* (cod. Mon., Vind.) Canalis dicitur, qui neque ad dexteram neque ad sinistram divertit possit.

8. c. 12. verb. *decretum est.* (cod. Ambr.) Hic apparet, quod omne concilium non uni, sed omnibus debeat aeclesiis convenire.

Canones concilii Carthaginensis.

1. c. 12. (cod. Ambr., Vercell.) Hie ostenditur, quod, postquam infamia^a criminis objecta sacerdoti fuerit, ut super eo suspiciosa sit ecclesia, ne in infamia criminis remaneat, sed^b purgari desiderans, si minus voluerit, licet amplius V^c a presbyteris, a diaconibus tres, ab episcopo XII.²

2. c. 15. med. (cod. Ambr., Vercell.) Id est si infamatus clericus [locum] suum voluerit obtinere non acquiescens suae dyoceseos judicibus et illi ad majorem auctoritatem expetierint suam conprobari sententiam et contingerit eos conprobari, quod non bene judicassent, non obsit eis, nisi convincantur iniquo animo judicasse.

3. c. 16. verb. *conductores.* (cod. Mon., Ambr., Vercell.) Qui conducunt operarios in vineam aut agrum vel quodecumque opus.

4. c. id. verb. *procuratores.* (cod. Vercell.) Procurator est, cui per mandatum causa committitur.

5. c. 19. verb. *electorum.* (cod. Ambr., Vercell.) Quos accusator aut accusatus elegerit.

6. c. id. verb. *communicet.* (cod. Ambr., Vercell.) Nisi veras necessitatis causas comprobaverit.

7. c. id. verb. *dixisse judicetur.* (cod. Vercell.) Ait enim beatus papa Bonefacius in epistola III. ad Patroclum et

^a *fama* Vercell.

^b *se* Vercell.

^c Add. inter lineas *vel VII* Ambr.

¹ Die Gl. gehört wahrscheinlich zu c. 12, der im Griech. fehlt. Zu den Hülfsmitteln wäre somit noch ein griech. Codex canonum zu zählen. S. o. S. 250 fg.

² S. u. Excurs III.